

e con slancio lirico veramente mirabile canta la bellezza e la potenza di Dio, a cui l'uomo deve veramente abbandonarsi.

Te mihi sol radiis, vernis te prata colorant
Muneribus, te noctis opacae mysticus horror
Umbrat, te zephyri spirant, volucresque loquuntur,
Arguto vitrei referunt te murmure fontes.
Quidquid ubique vident oculi, mens protinus illic
Te simul, et multo plus te videt: omnia plena,
Magne, Tui: tacitis clamoribus omnia late
Ingeminant
.
. Cupidas irritant caetera mentes;
Tu solus satias, solus dulcedine vera
Perfluis, immensosque sinus immensior imples,
Laetitiae cumulus, cordis cor, vitaque vitae. (N. 50)
Exorere o igitur nostrae, lux aurea, nocti,
Disiectisque, quibus miseras inscitia mentes,
Horrida primaevae soboles, inscitia, culpa,
Excaecat, nebulis, radiorum gurgite vivo
Attonitos sensus, inhiantia lumina comple.
Novi ego, laetitiae quantus mortalibus ardor:
Quam dulci tormento, et quis praecordia verset
Illecebris agnata boni pulchrique cupido.
.
Tuque adeo fibras, et corda vacantia solus
Implebis: solum flagrantibus usque medullis
Te sitient: quam quaesierant per plurima, in uno
Omnimodam nacti requiem, aeternumque fruendam. (N. 51)

Qui, in quest'amorosa invocazione, è tutta l'anima del Rogacci, felice di poter finalmente sollevare lo sguardo dalle miserie terrene, tra le quali si è lungamente trattenuto, all'oggetto unico del suo amore.

L'*Euthymia* ha i pregi e i difetti delle poesie didattiche. Il verso è di solito ben tornito e agile, di fattura prevalentemente oraziana; il lessico ricco e formato sui migliori autori latini, ma con grande libertà, senza pedanterie ed esclusivismi. La monotonia dell'intonazione precettistica, inevitabile in